



PREFAT BIAI GERONIMI PRESBITER

IN OTOPAPAE DAMASO HIERONICVS.

novum opus me facere cogis ex veteri. ut post exempla scripturarum toto orbe dispersa. quasi quidam arbiter sedam. In quibus inter se variant. que sint illa que cum greca consentiant veritate discernam. Pius labor. sed periculosa presumptio iudicare de ceteris ipsum ab omnibus iudicandum. Scelus mutare linguam. & canescentem mundum ad vitia retrahere parvulorum. Quis enim doctus pariter vel indoctus. Cum immanis volumen assumpsit. & a salua quam semel in bibit. vident discrepare quod lectitat. non statim enumpat inuocem. me falsum. me clamitans esse sacrilegum. Qui audeam aliquid in veteribus libris addere. mutare corrigere. Aduersus quam invidiam duplex causa me consolatur. Quod et tu qui summus sacerdos es fieri iubes. & verum non esse quod uariat. & maleuicorum testimonio comprobatur. Sic enim laanis exemplaribus fides est adhibenda. respondeant quibus tot sunt exemplaria pene quot codices. Si autem ueritas est querenda de pluribus. Cur non ad grecam originem reuertemur. ea que uel a uariis interpretibus male edita. uel a presumptoribus impertus emendata pueris uel a librariis dormitantibus aut addita sunt aut mutata corrigimus. Neque uero ego de veteri discepto testamento. quod a septuaginta senonibus in grecam linguam uersum. Tertio gradu ad nos usque peruenit. Non quero quid aquila. quid symmachus sapiant. quare